Incipiunt gesta sanctorum septem dormiencium.

Obturat saxis quos impetus imperialis.

Quos et spem celat uirtus diuina reuelat. Comperit in fidei uinclis et spe.

Hi sancti lucis qui sunt fuga carnalis et domo quisque regere hoc.

Hos bonitate dei somni retinet requies.

vii dormientes.

Rex abit tristis secte surgentibus isdis.

U B D E C T O I M P E

ratore crudelissimo qui
romane rei publice tenu | imperium
it. per diuisas fere prouincias
interfecti sunt christiani. Idem
enim decius erga deum celi
prophanus, impietatem suam
ad extinguendos christianos di
latandam armauerat. Qui
descendens in constantino
polym, et rursum pueri

eus in cartaginem ephesum cepit instituere phana ydolorum. in medio ciuitatis. Quam ob rem conuenerunt ante ipsum omnes multitudines ciuitatum. et omnes fideles ecclesie dispersi sunt. omnisque fraternitas emarcuit ante illum. Infremente siquidem dyabolo in corde ipsius. mandauit primatibus suis. ut sacrificiis interessent. Ex uicinis enim ciuitatibus multitudo copiosa confluxerat. Ubicumque ergo templum ydolorum fuerat. fumus hostiarum in modum nebule locum illum operuit et tenebre et caligo per uniuersam ciuitatem grassabantur murosque cooperiebant. Unde dolor et luctus detinebant omnes fideles et miseria. capita sua humiliantes. et facies tegentes. apparere formidabant. Edixerat denique decius imperator. ut die tercia comprehenderentur christiani. Iudei autem et pagani commixti militibus e domibus et speluncis eiciebant eos. trahentes illos ubi ipse sacrificabat cum imperatore. Quidam uero christianorum inmanitatem penarum et mortem oppositam timentes. lapsi cadebant. et inclinati coram ipso. sacrificabant. Quod ubi innotuit fidelibus. flentes et gementes animas commilitonum suorum plangebant. Qui enim fide christi firmiter fundati constantes et inmoti. mandatum imperatoris detrectabant sacrilegum. ignitis sagittis figebantur. et tamquam puluis a facie terre abiciebantur. Cum etiam super muros occiderentur et in pinnaculis et in portis ciuitatis capita sanctorum suspenderentur. bicipiti ligno. cruor de membris eorum sicut aqua manabat. et uolucres celi circa muros circuibant. carnes illorum comedentes. et uiscera rostris deferentes. Luctus ergo grandis detinebat fideles propter sanguinem sociorum. et timor et anxietas apprehendit unumquemque. Hec est admirabilis generatio. hoc est certamen bonum implens timorem. Quis itaque luctus fuit isto maior. aut quod tormentum ualidius isto. unde corpora

scorum supra muros pendentia. et fideles exorantes eruи de manibus hominum non habentium misericordiam. Parentes filios. et econuerso filii abnegabant parentes. et amicos amici. propter tribulationem imminentem. Maximianus autem malchus. martinianus. Johannes. Dyonisius. serapyon. et constantinus. fide firmi portantes signacula Christi in corpore suo. uidentes que singulis diebus agebantur. dolebant et gemebant. et mutabantur colores eorum a sollicitudine et uigiliis et ieiuniis. Et hec faciebant secrete propter imperatorem. pro eo quod erant officiales palatii. et nobiles ex senatu.

Tempore autem sacrificii quando imperator et ipsi instabant uictimis ydolorum. occultabant se isti fideles. et ingrediebantur domum orationis et flebant inclinantes capita sua in terram. et facies suas in orationibus et lacrimis mittentes puluerem super capita sua. et gemebant in conspectu dei. Socii autem eorum obseruabant eos in hora uictime quando unusquisque querebatur ut sacrificaret ydolis. et euntes inuenerunt sanctos .vii. uiros in uno loco orantes. Erant autem in terra prostrate facies eorum. et capita eorum obruta in terra plena puluere terre. et plangentes erant in conspectu dei. Et ingressi sunt inimici dei. insidiatores ueritatis. satellites impii coram imperatore. et dixerunt ei. Auguste piissime imperator in sempiternum uiue. in decore imperii tui. Tu ex longinquo colligis ad sacrificium deorum et ecce primi tui despiciunt te et regnum tuum. et preceptis tuis non obediunt. et decipiunt omnes summates tuos. et secundum consuetudinem christianorum non sacrificant. Maximianus filius prefecti qui primus in imperio est. et .vi. socii eius qui sunt primarii ciuitatis istius. ipsi despiciunt precepta tua. et immortales deos adorare contempnunt.

Hec audiens decius imperator iratus est nimis et mandat euelli eos a loco orationis et adduci in conspectu suo.

Cumque exhibiti fuissent. erant lacrime in oculis eorum et puluis super capita sua ut fuerant orantes in conspectu dei in deprecatione. Et dixit ad eos imperator; Quare non permansistis in supplicatione et in sacrificio deorum in quo omnis mundus sacrificabat eis. et non estis assimilati fortissimis primatibus et ceteris uiris. Modo ergo aggredimini et sacrificate diis caritate qua debetis sicut omnes homines faciunt.

Maximianus uero respondit; Nos habemus deum in celo. ex quo plenum est celum et terra. ipsi offerimus sacrificium et filio eius misso in hunc mundum et spiritui sancto; Trinitas enim est inseparabilis; propter quod sacrificium laudis et confessionis. odorem suauitatis fructum labiorum nostrorum que sunt munera dei in festinatione deprecationis nostre nos offerimus in conspectu eius semper; Nos enim nidorem obscurum non offerimus ante ydola. nec immolamus demoniis. et non uiolamus mundiciam corporis nostri.

Tunc imperator non est locutus omnibus in unum. set iussit incidi baltheos eorum septem. et dixit eis; Propter quod abscidistis uos a diis. et reliquistis maiestatem imperii mei. certanei estis a me. usque quo summam tempus extendere uos. et paulatim arguere de interrogatione sermonum uestrorum. Non enim iustum est perdere etates uestras in tormentis et tabefieri decorem pulchritudinis uestre. sed ecce do uobis tempus. ut sapiatis et uiuatis. Tunc imperator iussit auferri de ceruicibus eorum ferrum. et dimitti eos.

Decius uero crudelissimus imperator ingressus est in alias ciuitates facere hec eadem et iterum reuerti in ephesum in impietate sua. Dato uero tempore maximiano et sociis eius perfecerunt opera iusticie in fide. Tollentes enim aurum et argentum a parentibus suis dabant mendicis occulte. et consilium fecerunt omnes dicentes. Fugamus nos ipsos de habitatione ciuitatis istius. et eamus in speluncam grandem in montem

celyon: et ibi depcem deum i
cessanter. et erimus sine timo
re ab hominibus. usq; q reuer
tatur impr: et iudicemur ante
ipsum. et n impediam ad glo
riam di: sed scdm uoluntatē
suam faciat nobcū deus. psi
ciamus in conspectu impato
ris martyrium: et recipiam
imarcessibilem coronam fide
lium. Et hec dicentes adin
uicem septem sci uiri: faciē
tes unanimitatem in h ipm
ibant. mittentes in sacculis
suis pecuniam expensarum
suarum: et ambulauerunt
in speluncam in montem ce
lyo: et ibi fuerunt multis
diebus orantes et depcantes
dnm ihm xpm sup facies
suas: expectantes ab eo mi
sediam. Unum u ex eis sa
pientem uirum 9stituerunt
ministrare sibi. et qciens i
bat in ciuitatē induebatur
figa mendici: et accipiebat
argenteos secum: descendebat
q; in ciuitatem: et audiebā
que fiebant in palatio ipris:
et faciebat misediam cum pe
gius. Et emebat panes et af

ferebat ubi socii eius erant.
et nuntiabat eis quecq; loq
bantur de eis in ciuitate.

Post dies
autem multos reuersus
est Decius in ciuitatem e
phesyorum: eadem hora p
cepit summatib9 suis immo
lare diis: et cepit scm maxi
mianū et socios eius requirere.
Cum q minitaret hec et cer
taret contra eos: tunc timor
irruit sup omnes fideles.
et confestim fugerunt a fa
cie eius. Ipse u malchus timēs
fugit de ciuitate. sumens se
cum modicos panes: et ueni
in monte ad fres suos: timēs
et tremens: et innotuit eis
furorem imanitatis impato
ris. et quia quesiti fuerant
cum primis ciuitatis: ut immo
larent ante eum. Et cum au
dirent eum socii narrantem
talia timuerunt: et depcati st
dnm: faciesq; suas sup terrā
figentes: et suspirantes grau
ter in doloribz maiorib9 com
mendauerunt aīas suas do.
Surrexit autem malchus
et apposuit modicos panes

ut comederent. Et cōfortare
t̄ ad bellum adūsariū. Et cū
uocati eēnt omnes in medio
spelunce ut participarent̄
cibum. implebant̄ lacrimis e
orum oculi. et mesticia corda eorum.
Occidente u° sole sedentib' ipsi
et loquentib' ad inuicem. so
porati sunt. et dormierunt.
Fuerunt enim oculi eorum ḡua
ti ex lacrimis. et t̄sticia cordi'
eorum. Ds̄ u° misericors in rure
possessionis sue dedit illis
mortem q̄etis et suauitatis
ppt̄ miracl'a que habuit re
uelare. et n̄ senserunt q̄m dor
miert̄. neq; ubi aīas eorum depo
suit d̄s. Simul aū positi sūt
in terra sicut dormientes et
suppleti sunt sp̄e eoꝝ cōfessi
one dī positi in ore eorum. et ar
gentei quos habuerunt ī sac
cul' suis positi sunt interra
Mane autem
facto. facta est inq̄sitio
ab imperatore. et req̄siti sunt
in palatio cum maioribꝫ im
peratoris. et in omni ciuitate
et in oīb' locis req̄siti n̄ sunt
inuenti. Et dix̄ imperator pri
matib' suis. Multam t̄st̄i

ciam habeo. eo quod p̄uati su
mus a iuuenib' istis. q̄m excela
so genere sunt. et putabant
quod potestas nr̄a irata eēt
sup eos. ppter culpā inobedien
tie eorum. nr̄a enim mansuetu
do impii n̄ recordat̄ adūsus
peccantes qui cōuertunt̄ ad mag
nos deos. Et ingressi sūt p̄mi
imperatoris ad eum. et dixerūt
ei. De illis iuuenib' sediciosis
non habeas t̄sticiam imp̄r eo
quod usq; nunc in duricia
permanserunt sicut audiuim'.
In tempore enim q° dedisti eis
ut cogitarent p se. pficiunt
uoluptates malignas. q̄m in
diebus his. in quib' datū est
eis cogitare p salute sua tu
lerunt aurum et argentum
a parentib' suis. et dispserūt
per plateas ciuitatis. et absco
si sunt usq; nunc. et nusq̄m
inueniuntur. Precipiat ma
iestas tua. ut ueniāt paren
tes eorum ante te. et confiteāt̄
ubi absconditi sunt. Et cum
audisset hec imperator ī caluit
et uocauit parentes eorum. Et ue
nerunt om̄s ante ipm̄. et in
terrogauit eos imperator et

dixit; Ubi sunt sediciosi isti viri qui despexerunt maiestatem meam et terribile preceptum imperii mei et contempserunt timorem honorabilium deorum nostrorum? Propter eos neci subiciemini nisi eorum latebras detexeritis; Responderunt parentes eorum; Oramus te domine imperator ut audias nos servos tuos quia nos non sumus transgressi preceptum imperii tui et timorem deorum tuorum non deseruimus; Nos quare interficies pro illis qui contempserunt imperium tuum et aurum et argentum nostrum disperserunt? Ecce absconditi sunt in monte celyo et non sunt longe a civitate et in magno periculo sunt et sive vivunt sive mortui sunt nos non scimus; Non enim vidimus eos istis diebus.

Hec audiens imperator dimisit parentes eorum et egressi sunt ab eo; Iterum vero imperator reputabat pro illis quid faceret sanctis. Et cum ledere eos nollet immisit deus in corde eius ut obturaret os spelunce lapidibus qualiter sepelirentur corpora sanctorum honorabilium et non moverent speluncam; Dormierunt enim reservati in die revelationis ut in conspectu eius precones resurrectionis se relevarent infidelibus in visione tempore necessitatis. Et dixit decius imperator: Ego precipio propter sediciosos illos pro eo quod contempserunt mandatum meum bonum et utile et discordantes abscesserunt a timore deorum ut et nunc pereant a gloria imperii nostri et non pareant ultra ante deos; Ideo precipimus speluncam in quam fugerunt obturari lapidibus ut tabescentes deficiant et sint ibi quamdiu moriantur in miseria circumclusi. Suspicabatur enim imperator et omnis populus civitatis quod iuvenes sancti in spelunca inclusi erant.

Contigit vero theodorum et Ruben nomine christianos fideles imperatoris abscondere se ipsos propter timorem imperatoris. Cogitaverunt ergo qualiter scriberent martyrium

istorum; Et in paginis plum
beis scripserunt et deposuerunt
in loco medio lapidum constitu
torum in ore spelunce et ab
sconderunt et signauerunt sigil
lo: usque uisitet eos deus: et ma
nifestent corpora sanctorum
iacentium in illa per noticiam
litterarum istarum: et fiat no
tum de ipsis per lit teras nos
tras; Et sicut cogitauerunt
sic et fecerunt illi duo socii
fideles imperatoris scribentes lit
teras et sigillantes deposuerunt
secretim; Et cum fecissent per
dispositionem dei: mortuus
est decius impiissimus imperator
et omnis generatio illa: et
regnauerunt imperatores alii
post illos in gloria imperii sui us
que quo exurgeret theodosius
filius archadii imperatoris;

TRicesimo itaque et oc
tauo imperii eius anno
pullulauit heresis: uolens e
uacuare fidei spem: et resur
rectionem mortuorum Et festi
nantes euacuare signa resur
rectionis que posuit deus in eccli
a sua auditus malignos po
suerunt in auribus imperato
ris et presbiteri et adorantes ydo
la que erant in palatio: lit
teras hereticas tamquam ab
imperatore transmittebant illis
qui dicebantur episcopi: et tumul
tum non paruum multipli
cabant; Fuit autem initium ma
lorum omnium et totius per
uersitatis: et tumultus theodo
rus et gaius episcopi: iuxta secundum
ciuitatem. cum omnibus quos
non oportet in narratione isto
rum sanctorum martyrum inpo
ni: eo quod ecclesias dei perturba
uerunt cum decore fidei in
eiusione malicie sermonum
eorum; Imperator uero theodosius
perturbabatur per singulos dies
in animo suo flens et afflic
tus: et in multis cogitacioni
bus constitutus magis autem
uidens fidem ecclesie agitari
hinc uel illinc; Quidam enim
primi hereticorum dicebant re
surrectionem mortuorum non
esse: alii autem dicebant cor
pus inueteratum et sparsum
non paret: anima uero sola susci
pit consolationem resurrectio
nis; Et errauerunt in uanis
sermonibus suis: et obturati sunt

sensus eorum. & non inclina
uerunt aures suas ad audi
endos sermones domini dicentis.
Audient mortui in monumen
tis uocem filii dei. et uiuent.
Iterum dicit. Uigilate et
expergiscimini dormientes.
Et iterum scriptum est. Ecce e
go aperiam monumenta uestra. &
etiam uos.
Quidam uero principes heri
ticorum errauerunt a
ueritate & uerterunt dulcedi
nem in amaritudinem ani
marum suarum. et mentem
mundam fidelium perturbaue
runt & iniuriauerunt. Et
plus compunctus est theodo
sius imperator. & lugebat et con
tristabatur. et indutus est sac
co. et sedit in interiori cubi
culo. Que hec aspiciens miseri
cors deus. uolens releuare spem
uite & resurrectionis mortu
orum. ut per ipsum auferatur
et soluatur scandalum de eccle
sia. et eleuet fabcam eius.
de reprehensionibus hereticorum &
tribulantium eam in diebus
supramemorati imperatoris. cum
perfectus esset in fide patrum

suorum. misit deus in cor dalii
domini montis in quo fuit spe
lunca ubi iacebant sancti requi
escentes. ut edificaret in circu
itu montis stabula pastoribus
suis. Contigit autem pueros eius
cum aliis operarius fatigari du
obus diebus. et uoluere lapides
ex ore spelunce. et adiungentes
ad introitum sanctorum inuenerunt
omnes lapides in edificio. et in
die secundo apparuit os spelunce.
Contigit autem ex uoluntate
dei. dari uitam sanctis qui erant
in spelunca. Qui enim dat
spiritum positis in uulua uentris.
et arbitrio suo ossa sicca et ab
iecta resuscitat. qui et lazarum
suscitauit institis iacentem.
et uocans eiecit eum de monu
mento. ipse ipso precepto dedit
spiritum uite sanctis iacentibus
in spelunca. & surrexerunt & se
derunt cum gaudio in clari
tate uultus sui. Et salutauerunt
se inuicem. & secundum consuetudi
nem suam psallebant. eo quod
forma mortis non parebat in eis.
et uestimenta eorum non sunt cor
rupta. Inuenta sunt enim
sua apposita eis incorruptibi

lia; et corpora eorum inventa
sunt florida et persolida et tam
quam nocte dormientes, et ma
ne surgentes sic eis visum est,
et mens et cura noctis in qua
dormierant inventa est in cor
dibus eorum; et arbitrabantur
quod quod heri decius imperator quere
bat eos. Hec ergo arbitrati et
mesti facti lacrimantes respex
erunt ad malchum, qui fuit
unus ex ipsis. qui etiam minis
trabat eis. et interrogaverunt
eum que essent locuti in nocte de
ipsis in civitate. Et dixit mal
chus. Secundum quod dixi vobis
sero quesiti sumus et nos cum
summatibus civitatis. ut immola
remus diis. Et ecce nunc quid co
gitet de nobis decius imperator deus
scit. nos vero quid sumus facturi
videamus. Et respondens
maximianus unus ex illis
dixit. Fratres parati sumus sta
re ante terribile solium christi.
sed ante solium impiissimi istius
non timeamus. ut negemus
vitam quam habemus per fidem
filii dei. Et dixerunt ad mal
chum. Accipe argenteos et
descendens ad civitatem para eme

nobis panes. et disce quid de no
bis precepit decius. et veniens
nuncia nobis. Sine autem nobis
habundanter panes. quoniam par
vi fuerunt panes quos sero
detulisti.

Sic enim putabant sancti
quod dormissent nocte
et mane surrexissent exper
gefacti. Et surrexit malchus
mane ut habebat consuetudinem
et accepit argenteos sexaginta
duos. Quidam quidem ferunt
fuisse numero sexaginta. quidam
vero .xliiii. Erat autem superscripti
o argenteorum primi anni decii im
peratoris. Hii enim fuerunt in die
bus decii. et sanctorum istorum mar
tyrum. In tempore vero quo mani
festati sunt. invenerunt quod
habuerunt trecentos septua
ginta duos annos. a die qua
requieverunt usque in diem qua
expergefacti sunt sancti martyres.
Quando factum est mane.
egressus est malchus. et videns
lapides foris speluncam mi
ratus est. et non ascendit in
corde eius aliquid de lapidibus.
Descendente vero eo de monte
cum timore et in tremore con

stitutus, abiit in ciuitatem
metuens ne agnosceretur ab
aliquo. et innotesceret de il
lo impio decio? et non scie
bat sanctus quoniam ossa maclati
et impiissimi decii iam fuerat
deuorata? et proiecta in terra;
Et cum adproximaret malchus
ad portam ciuitatis. aspiciens
uidit signum crucis infixum
in porta ciuitatis; Et cum hec
uidisset cogitabat in semetipso
obseruans hinc et illinc et per
spiciebat in crucem. et mira
batur in semetipso; Et iuit ad a
liam portam et uidit crucem
iterum et miratus est. et cir
cuiuit omnes portas ciuitatis
et uidit hoc ipsum signum cru
cis et miratus est. et ciuitas
fuit immutata in oculis eius
et edificium aliud erat. et non
cognoscebat eam. et obstupuit
tamquam in uisione factus;
Et reuersus est iterum ad primam
portam in qua primum intue
rat. et cogitabat in semetipso
dicens; Quod est signum cru
cis quod nocte absconsum fuit.
et modo aperte est in portis ciui
tatis infixum? Et cogitans in se
metipso. et faciens signum cru
cis ante faciem suam. dixit;
Numquid non somnium est quod
uideo? Hec cogitabat sanctus.
ne forte uisionem uideret;
Post hec confirmauit se ip
sum. et cooperuit uelamento
caput suum. et intrauit in
ciuitatem; Et cum uenisset
ad locum emptionis. audie
bat multos loquentes ad in
uicem et iurantes in nomine
christi. et timuit ualde et formida
uit. et dixit in animo suo;
Quid est hoc? Numquid
non scio ego quia nocte non
poterat quis cum fiducia
nominare nomen christi. et nunc
omnis lingua ipsum medita
tur; Et dixit in semetipso;
Puto non est hec ephesiorum
ciuitas. quoniam edificium aliud
est. et sermones christianorum sunt;
Et dicebat in semetipso. Ali
a est hec ciuitas iuxta nos
non ephesiorum. Et stetit cogitans
in semetipso. et occurrit cuidam
iuueni. et interrogauit eum
dicens; Quod est nomen huius
ciuitatis? Qui dixit ei iuuenis;
Ista est ephesiorum ciuitas.

Cogitabat autem malchus
intra semetipsum dicens; Nunc
erraui in conscientia mea; Egre
diar de ciuitate ista ne forte
errem: et non eam ad eos qui
miserunt me; Ecce enim ex
cessus mentis detinet me;
Hec uero malchus omnia enarra
uit. quando ascendit in spe
luncam: quando manifes
tata est resurrectio eorum et
scripta est uita eorum;
Deterritus uero malchus
in excessu mentis. et uo
lens egredi de ciuitate appro
pinquauit iuxta uenden
tes panes in similitudi
ne mendici: et eiecit ar
genteos et dedit eis; Ipsi uero
considerauerunt argentum eius
et unus ad alterum in sedibus
uendentium panes attende
bant ad semet ipsos et dicebant.
Iste iuuenis thesaurum in
uenit de ante plurimos an
nos; Malchus uero uidens eos
considerantes consecretari ad in
uicem formidabat: et omne
corpus eius tremebat; Puta
bat enim quod cognosceret
eum: et cogitabat in corde
suo quod imperatori decio eum
tradere uellent. Et ipsi con
siderabant personam eius.
ipse uero stabat formidans et di
cit eis; Oro uos ecce argente
os. et nolo panes; Ipsi uero surgen
tes iniecerunt manus super
eum et conprehenderunt. et dixe
runt ei; Unde es tu aut quod
est nomen tuum? Dic nobis: quia in
uentionem antiquorum impera
torum inuenisti; Nuncia no
bis et erimus tecum commu
nes. et cooperiemus te; Si uero no
lueris: morti te tradem(us); Ipse
autem mirabatur in semetipso
et dicebat; Ecce quod non me
tuebam hoc mihi imputatur
cum tormentis; Et dixerunt ei
uiri illi; Non potest inuen
tum abscondi iuuenis ut
tu putas; Malchus uero non inue
niebat responsum quod da
ret illis pre pauore; Illi uero uiden
tes quod sileret. et non respon
deret eis. miserunt fasciale
in collo eius. et trahebant
eum in platea. et trahebant
in media ciuitate; Notum
autem factum est omnibus qui e
rant in ciuitate et dicebant

qm apphensus est quidam
attollens secum thesauros; Et
congregatus est sup eum ppls
multus. et dicebant ad inui
cem; Iste homo pegrinus e. nos
numquam uidimus eum;
Malchus u uolebat sa
tis facere pplo quia ni
chil inuenerat. et n poterat
qa unusqsq; osiderabat eu.
et nemo eum cognoscebat. et
erat in excessu mentis tacens
et osidens quod qi adhuc vi
uerent parentes eius in ciui
tate illa. et genus eius mag
num et cognatio eius quos
habuit in ea; Et mirari cepi
intra se quod quasi in nocte
omnes cognosceret. et ab omi
bus cognosceretur. mane au
tem facto ipe neminem cog
nosceret. sed et ille a nullo
gnoscebat. reputari sibi cep
quod qi insaniret. Et pspici
ebat in pplo uolens cognos
cere aut frem. aut aliquem
de osanguineis suis aut no
tos. et non cognoscebat. sed
qi insanus stabat in medio
ppli ciuitatis; Qd auditum e
in tota ciuitate 7 in ecclia 7

notuerunt Marino epo dis
positores ciuitatis inuenti
thesauri cum disputaret in
ecclia contra hereticos de re
surrectione mortuorum. P
dispensationem u di iam ce
pat manifestari resurrecti
o mortuor omib hereticis.
Cum autem
nuntiatu fuiss epo
et pconsuli. iusserunt ut
Malchum cum magna cau
tela ad se pduceret; hec u
cum audissent omnes trahe
bant Malchum adducentes
eum ad ecclesiam; Ipe u existi
mabat qd ad decium impa
torem traherent eum. et in
tendebat huc 7 illuc. et ppls
deridebat eum tamquam
fatuum. 7 tenebant eum et
oculi eius lacrimabantur; Epis
copus au 7 pconsul ad malchu
dixerunt; Ubi est inuentu
quod inuenisti? Ecce argen
tum qud tenebas in manib?
dic nob ubi inueneris? Et
respondens malch dix; Inue
tum sg aliquando non inue
ni secundum quod dicitis
michi. sed ego scio manifeste

h argentum ex sacculis meorum parentum esse. et excommencio ciuitatis istius argentum hoc habeo. et quidem quod mihi nunc accidit non agnosco; Respondit proconsul et dixit ei; Dic malche. cuius es ciuitatis? Respondit malchus; Dic habeo quod istius sim ciuitatis. siquidem est hec ciuitas ephesiorum; Proconsul dixit; Et qui sunt parentes tui? cognoscentes te? Veniant et attestentur de te. Et respondens malchus dixit nomina patrum suorum. Et non cognouit proconsul. sed dixit ei; Nunc scio quoniam mendax es et non uerax. Ipse uero nesciebat quid responderet ei. sed stabat deorsum intendens tantum; Quidam autem dicebant eum fatuum esse. alii uero dicebant non. sed se ipsum fingit qualiter per hac occasione euadat;

Proconsul uero iterum intendebat in eum cum ardore et iracundia. et dixit ei; Qualiter credimus tibi fatue? quod argentum parentum tuorum sit? Ecce enim superscriptio argenteorum plus quam trecentis septuaginta duobus annis est. primorum dierum decii imperatoris. et non est admixtum cum aliis argenteis temporis istius quibus nunc utimur et parentes tui ante generationem istam fuerunt; Tu uero iuuenis constitutus. uis principes senes et sapientes ephesiorum decipere; Propter hoc ennuncio tibi. quod uinctum manibus tradam te legibus. usque confitearis inuentum quod inuenisti. Audiens uero ista malchus procidit in faciem ante ipsos et dixit eis; Deprecor uos domini unum quod postulo dicite mihi. et quod est in corde meo dico uobis; Decius qui fuit in hac ciuitate ubi est? Marinus episcopus dixit ei; Fili non est in terra qui dicatur decius imperator; Ante multos annos fuit ille decius quem asseris in hac ciuitate fuisse imperatorem. Malchus dixit; In his domine meus pauor detinet me. et uerbo meo nemo credit. set sequimini me. demonstro socios meos qui sunt

in spelunca montis celyi? et ip
sis credite; Hoc enim ego cog
nosco. quia a facie decii cesa
ris nos fugimus. et ego nocte
uidi quia ingressus est deci
us impr̄ in ephesiorum civi
tatem. si u̇ ē hec ephesiorū
ciuitas non cognosco; Tunc
marinus epc̄ cogitauit in
semetipso. q̄m uisio est quā
innotuit deus iuvenem isti?
sed surgentes eamus cum eo;
Surrexit itaq;
marinus epc̄ et pcon
sul. et ambulauerunt cum
gloriosissimis ciuitatis et
plurima multitudo cum eis
et ambulantes adiunxerūt
se ad speluncam; Et ingress⁹
est malch⁹ p̄mus ad socios
suos scōs? et ingressus est
p̄ eum marinus epc̄; Et cū
uenisset in introitum spelūncē
inuenit in dextera parte le
gium loculum sigillatum du
obus sygillis argenteis. quos
posuerunt ibi duo p̄dicti fi
deles cum obturaretur intri
tus spelunce a decio impr̄e.
Et eiecit eum foris. et uocauit
omnem turbam ciuitatis

et non aperuit eum usq; q̊
cōggati sunt omnes.
Postquam u̇ collecti sūt
omnes ante eos. et pcon
sul resigillauit ipsum lo
culum. Et apiens eum inue
nit tabulam plubeam. scrip
tam. et legens inuenit sic;
Qm̄ a facie decii fugerunt
maximianus filius p̄fecti
malch⁹. martinianus. Dioni
sius. Johs. Serapion. et Con
stantinus; Isti sunt scī qui
sunt in spelunca? quibus
secundum p̄ceptum decii i
peratoris obturatum est os
spelunce lapidib⁹ quadrati
petris; Nos u̇ fideles. x̄ famu
li. theodorus et Rubeus scrip
simus martyrium eorū. et
posuim⁹ supra petram in
ore spelunce; Et illi legentes
litteras. mirati sunt. et glo
rificauerūt deum; Et ingre
dientes uiderunt scōs mar
tyres sedentes in angulo spe
lunce. et facies eorum tamq̄
rosa fulgens; Et cadentes ma
rinus epc̄ et pconsul adora
uerunt in facie sanctos et
omnes magnati et ppl's u

nunius glorificauerunt dominum
qui dignatus fuerat eis osten
dere tanta mirabilia. Ipsi uero
sancti martyres queque sustinu
erant temporibus decii imperatoris
innotuerunt marino episcopo.

Tunc marinus episcopus scrip
sit theodosio imperatori dicens.
Festinet maiestas tua uenire
ad nos ut uideas magna mi
rabilia que ostendit nobis deus
temporibus imperii tui. Lumen
enim spei et uite effulsit nobis
de terra. et de resurrectione
mortuorum. et ex spelunca obtu
rata apparuerunt sancti marty
res vii. et sicut rosa fulgen
tes. Audiens hec imperator sur
rexit ex humo. et sacco quem
sub se habuerat lugens. et in
flammatus est spiritus eius. et con
solabatur in semetipso. Et exten
dens manus suas ad dominum o
rauit dicens. Confiteor te fili
unigenite ihesu xpiste. fili dei
uiuentis. rex celi et terre quoniam
in terra solem iusticie irradi
asti nobis. et lumen misedie tu
e non est extincta lucerna con
fessionis mee ex lampade pa
trum meorum constantini dilec

ti tui. Et iuit cum ciuibus suis
cum multa festinatione ad
ephesum de constantinopoli.
et egressa est omnis ciuitas
in occursum eius. episcopi cum pri
matibus suis. Et ascenderunt
ad sanctos martyres qui erant in
monte celyo. et egressi sunt
sancti martyres in occursum im
peratoris. Et mox ut uiderunt
eum splenduerunt facies eorum
tamquam sol. Ingressusque est
imperator et cecidit ante eos
et amplexus eos super ceruicem
uniuscuiusque flebat. et cor eius ex
ultabat in confessione et dice
bat ad eos. Sic uos uideo an
te me tamquam si uiderem xpistum
dominum nostrum. cum uocaret laza
rum de monumento. et nunc
tamquam audiens sum uo
cem eius in presentia glorie eius
quando egredientur mortu
i in occursum eius incorrupti.
Dixit autem imperatori max
imianus. Ut nunc permaneat
in pace imperium tuum et
in fortitudine fidei tue. Ihesus
xpistus filius dei uiuentis custo
diat imperium tuum in no
mine sancto suo. et a temp

tationibus sathane et laqueis
eripiat te; Quare crede nobis quoniam
propter te suscitauit nos deus
a terra ante diem magne re
surrectionis. ut credas sine
dubitatione quoniam est resurrec
tio mortuorum et resurreximus
et uiuimus; Iterum ut infans
in utero matris sue non senti
ens neque honorem neque hono
rificentiam neque laborem
neque iniuriam neque regem
neque uiuum sentiens neque vi
tam neque mortem sic fuimus
uiuentes. atque iacentes et dor
mientes. et non sentientes;

Hec uero dicentes
constitutis in unum pri
matibus ciuitatis et imperatore
theodosio et omnibus uiden
tibus inclinantes capita su
a in terra dormierunt; et tra
diderunt spiritus suos se
cundum preceptum dei; Exurgens
autem imperator amplexus est eos. et ce
cidit super eos flens et deoscu
lans sanctas reliquias eorum. Et tol
lens purpuram suam et re
gium uestimentum misit super
sancta corpora eorum et precepit fieri
loculos aureos in quibus mittere
tur corpora eorum; In ipsa uero nocte
apparuerunt imperatori. et dixe
runt ei; De terra surreximus
non ex auro. neque ex argento.
et ideo unde exsurreximus
ibi nos dimitte. deus iterum
exsuscitabit nos;

Et in ipsa hora precepit im
perator lapides inaurato
adduci. et lapidibus ornaue
runt locum illum. ubi erant
sancti. et dimisit eos in loco eorum
Et facta est congregatio magna
episcoporum et fecerunt ibi memo
riam magnam festiuitatis
sanctis martiribus. Et fecit
imperator receptaculum
maximum mendicis ciui
tatis. et eiecit de custodia om
nes episcopos resurrectionem con
fitentes et propter gaudi
um fidei ipsorum secuti sunt
imperatorem in constanti
nopolim. glorificantes dominum
propter miraculum quod
uiderant;

Gratia et misericordia patris. et
filii et spiritus sancti: sit cum
omnibus fidelibus sanctam confi
tentibus trinitatem et creden
tibus resurrectionem mortuorum.

in scā scōr. A m e t. Ex
plicivnt Gesta scōr .vii.
dormientium qui in ephe
so dormiunt. Inci
pit passio sci Eusta
chii. et sociorum eius.

In diebus traiani im
peratoris. demonum p̄
ualente fallacia. erat
quidam magister
militum nomine pla
cidus genere secundum
carnem insignis. opi
bus bonis pollens. et
cunctos in orbe precel
lens. sed et demonum
captus operibus uerbis
et iusticia. cunctisque uirtu
tibus erat preditus. Subue
niebat oppressis. patrocinaba
tur grauatis in iudicio. plures
etiam a iudicibus iniuste dap
natos opibus releuabat. nu
dos uestiebat. et ut uere di
cam cunctis indigentibus
uictum dispensabat. sicut
in actibus apostolorum legitur. ut eti
am in his temporibus alter
cornelius uideretur. Habe
bat uero et coniugem eandem
sub demonum cultura exis
tentem. sed similia moribus
mariti sentientem. Procre
auerat et filii duo. quos educa
bant parentes pari pietate.
Erat uero nobilis iusticia
et potens in bello. ita ut et
ipsi barbari subiugarentur
ab eo. Erat enim uenatione
industrius. omnibus diebus. Sed
misericors ac benignus deus
qui semper et ubique adest si
dignus inuocatus. bona non
despexit huius opera. nec uoluit
benignam et deo dignam men
tem sine mercede deserti ydo
latrie contentam tenebris. sed
secundum quod scriptum est. quia
in omni genti qui operatur
iusticiam acceptus est ei. per
uenit ad istum benigna mi
sericordia et eum tali saluari uo
luit modo.

Exeunte illo una di
e consueto more ad montes
uenari. cum omni exercitu
et gloria. apparuit ei grex cer
uorum depascens. et disponens
solito more exercitum. eos
conatur insequi. Cunctis
uero militibus circa captionem
ceruorum occupatis. apparu